

356  
3

1718, 2

IN NOMINE JESU!  
DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA  
SISTENS

QVÆSTIONES  
EX  
JURE CANONICO, CIVILI,  
PUBLICO ATQVE FEUDALI  
SELECTAS,

QVAS,  
DIVINA FAVENTE CLEMENTIA,  
EX DECRETO ET AUCTORITATE  
AMPLISSIMI JCTORUM ORDINIS  
IN ILLUSTRIS ET PERANTIQUA ELECTORALI  
UNIVERSITATE ERFORDIENSI,  
SUB PRÆSIDIO

ALTISSIMI,  
PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES ET PRIVILEGIA  
DOCTORALIA LEGITIME OBTINENDI,  
PUBLICÆ ERUDITORUM CENSURÆ  
SUBMITTIT


ADAM. CHRISTOPH. HOFFMANN. Erfurtenſis,  
IN AUDITORIO JCTORUM MAJORI  
DIE XXII. SEPTEMBRIS, A. dō MCC LXX.  
HORIS CONSVETIS.

---

ERFORDIÆ,  
TYPIS JOH. HENRICI GROSCHII, ACAD. TYPOGR.







QVÆSTIO I.

An Princeps delinquentem in suum territorium se recipientem alteri Principi, vel loci delicti, vel cujus imperio se subduxit, præcise dedere debeat?




Explorati Juris est, delinquentem for-  
turi forum in loco, vel deprehensio-  
nis, vel domicilii, vel delicti; ve-  
rum cujus Principis in infligenda  
pœna partes præcipuæ habeantur,  
valde controvertitur. Pro affirma-  
tiva & quidem ratione Judicis do-  
micii sequentia faciunt & 1) qui-

dem text. in c. f. X. de for. compet. simpliciter vult, quod ju-  
dex domicilii possit punire reum de delictis ubique  
commissis, si hoc, deditio erit necessaria, cum non entis nul-  
la sint qualitates & effectus juris l. Ejus qui in Provincia ff. de  
Reb. Cred. c. ad dissolvendum X. de despons. impub. neque 2) le-  
ges præcise volunt delinquentem in loco delicti, vel ubi  
reperitur conveniri debere 3) jurisdictio judici delicti, vel  
deprehensionis tributa in eum, qui alias jurisdictioni ejus  
suppositus non est, est singularis & exorbitans: Illa vero,  
quæ competit Judici domicilii est regularis: in omnibus  
enim actionibus id regulare est, ut actor forum rei sequatur

A 2

tur

tur per l. 2. § 5. C. de Jurisd. omn. Jud. idque multo magis in actionibus personalibus locum habet, quales sunt omnes illæ, quæ ex delictis profisciscuntur, utpote quæ personæ cohærent, eamque semper comitantur §. 1. Insi. de Action. l. Actionum ff. de O. & A. 4) potest Judex domicilii cognoscere ratione contractus ubique celebrati, ut est text. in c. dilecti X. de For. compet. quare non etiam ratione delicti? Hippol. de Marsil. Pract. Crim. §. Opportune n. 33. cum alias frustra foret forum domicilii, ut decidit Joan. de Anania in c. 1. de Rapt. & hoc forum utpote naturale & originarium per hominem non potest mutari, vid. Vulej. Vol. 1. Marpurg. Conf. 16. n. 40. Tandem 5) quod de Jure Civili Judex Originis possit per inquisitionem contra subditum de delicto alibi extra territorium commissio procedere asserit Covarruv. Pract. Quest. cap. 11. n. 5. quam opinionem communem esse firmat Michael. Grass. Meth. de Afflict. quos refert Vulej. Conf. cit. n. 41. Ratione Judicis loci delicti adhuc firmiores militant rationes 1) quod videatur pertinere ad publicam utilitatem, ut exempla publicæ vindictæ edantur eo potissimum in loco, ubi est crimen admissum, ut & illi quibus injuria est facta habeant hoc ipso quoddam solatium injuriæ: deinde, ut & alii à maleficiis & facinoribus exemplo deterreantur l. 3. pr. ff. de Remilit. Rittersb. ad Novell. Part. 9. cap. 10. n. 57. 2) vindicta tribui debeat loco, qui per delictum offensus & injuria affectus est, 3) quia in loco delicti commissi facilius cognitio de crimine haberi potest quam alibi. vid. Engel. Coll. Jur. Can. Lib. 2. Tit. 2. n. 25. 4) quod facile accideret possit, si delinquenti jus revocandi domum concederetur, ut delicta maneant impunita, quod tamen legibus repugnat l. Ita vulneratus §. 2. vers. Quod si quis ff. ad L. Aquil. c. ut famæ X. de Sent. Excomm. 5) constat, quod delictum det jurisdictionem contra delinquentem illi Judici, qui alioquin non erat ipse Judex c. licet ratione X. de For. compet. c. 1. §. contrahentes eod. in c. idque adeo verum est, ut etiam in militibus, non attento eorum privilegio, procedat l. deferiorem audi-



*tum pr. ff. de Re militar. l. 2. C. ubi quis de Curial. l. cohorti. cum delinquens alliget se ipsum & videatur consentire in proroganda jurisdictione, unde etiam naturaliter eum ex præsumpto consensu teneri necesse sit Vultej. l. c. n. 6. Hinc etiam 6) tradunt Interpretes, Judicem domicilii de Jure communi remittere teneri reum, vel delinquentem ad judicem loci, in quo delictum commissum est, ad effectum ut ibi puniatur ad illius Reipublicæ læsionem compensandam arg. c. Si peccaverit C. 2. q. 1. c. Si illic, C. 23. Qu. 4. Clar. Lib. 5. S. fin. Qu. 38. & 85. n. 3. eamque remissionem ex necessitate potius faciendum esse, quam ex urbanitate, quoties à Judice illius loci, ubi delictum commissum esse dicitur, fieri petitur, asserit Nicol. Boer. Quæst. 29. n. 2. vid. l. 7. S. pen. ff. de Accusat. Novell. 134. Cap. 1. Hartm. Hartmann. Pract. Crib. Lib. 2. Tit. 50. Obs. 7. n. 6. Rittersh. l. c. n. 57. atque hæc sententia communiter recepta tam vera esse putatur, ut scripserint DD. delinquentem debere ad judicem loci delicti remitti, non obstante contraria consuetudine conf. Vultej. Vol. 1. Marp. Conf. 16. n. 8. Sicut autem ea, quæ pro stabilenda Sententia affirmativa, quod scilicet Princeps detinens delinquentem illum præcise Principi, vel loci delicti, vel ei, in cujus territorio domicilium habet delinquens, dedere, sit obligatus, hæctenus fuerunt allata, magna probabilitatis specie se commendat: nihilominus tamen Negativa de Jure prævalet, quia 1) ipso jure divino Princeps, ad quem delinquens se recepit, non præcise ad dendum eum est obligatus, sed sufficit, si re ipsa demonstrat, à se delictum non probari, nec pœnam ejus se impediturum, sed inflicturum potius conf. Budeus in Theol. Moral. Part. 2. Cap. 4. §. 16. legibus autem humanis solutus recte dicitur per text. in l. 31. ff. de LL. E. Donationes 26. C. de Donat. inter vir. & ux. & licet remissionis, seu deditiois reorum in jure nostro crebra fiat mentio, ut in l. 7. S. fin. ff. de Accusat. in l. solent. ff. de custod. & exhib. Novell. 134. Cap. Si vero quis 5. adeo, ut eam ex necessitate faciendam, & hanc*

communem esse opinionem, DD. asseruerint; ceu supra evictum: tamen hæc omnia ejusmodi statum Imperii supponant, quo omnes ditiones & provinciæ sunt sub uno Principe, vel Imperatore. Ast cum 2) hodie distinctis terris imperii, Principes atque Domini Territoriales jurisdictionem jure territorii habeant eamque domini & realis Juris titulo usurpent, neque alieno, sed proprio & suo nomine *vid. Reinking. de Reg. Secul. & Eccles. L. 1. Class. 5. Cap. 1. n. 17;* ita, ut quilibet Princeps in suo territorio Imperator putetur omniaque exerceat, quæ Imperator in toto Imperio *Knichen. de Jure Territor. Cap. 1. n. 350. Gail. de Pace Publ. L. 1. Cap. 6. n. 10. Franzk. Var. Resol. L. 1. Res. 18. n. 21.* neque à quovis Principe, seu Constatu dependeat, oppido patet, Principem alterum ad dedendum reum non obligare posse. Si vero in alterius Principis, deditionem forte de negantis, territorium de facto irrumpit, de vi publica, vel injuriarum eum teneri tradit *Gail. de Pace Publ. L. 1. Cap. 16. n. 29.* quia extra suum territorium actum jurisdictionalem exercens consideratur tanquam privatus *Gail. l. c. Knichen. de Jur. Territorii Cap. 3. n. 435.* cui impune non paretur. *arg. l. fin. ff. de Jurisdic. 3)* pro negativa pugnat generalis Germaniæ consuetudo, quæ etiam ad singulas ejus Provincias extendenda est, ob quam remissiones reorum amplius locum non habent, de qua testatur *Vultej. Consil. cit. n. 44. & 45. Gail. l. c. n. 30. Struv. in Jurispr. Rom.- Germ. Lib. 4. Tit. 5. §. 8. Pfeffing. Vir. Illustr. L. 3. Tit. 17. §. 28. v. à Knichen. l. c. n. 447. & 453.*

QVÆST. II.

*An locator in libris studiosi in domum illatis, hypothecam legalem habeat?*

Negativa multis DD. suffragiis recepta est, *vid. Treuil. Vol. 1. disp. 29. th. 4.* hisce præcipue argumentis 1. quod talis hypotheca in genere adversetur favori studiosorum, qui maximus



maximus est , & in quorum gratiam non exigua sunt pri-  
 vilegia extra ordinem & singulari jure sancita , adeo , ut  
 causa studiosorum magis privilegiata & favorabilior dicatur,  
 quam dotis *Finckelb. obs. 11. n. 18. obs. 66. n. 14. cum male. al-  
 leg. LL. & DD. 2)* quoniam, cum ista hypotheca aliquatenus  
 naturam sapiat generalis hypothecæ, in eam non venient,  
 quæ nemo verisimiliter sit obligaturus *arg. l. 6. ff. de pign. &  
 hypoth. 3)* quod , si studiosus habet concubinam , illa non  
 sit tacite obligata *text. in l. 8. ff. eod.* ergo nec libri erunt obli-  
 gati , cum non minor debeat esse favor eorum , quibus  
 animus , quam quibus corpus excollitur *vid. Esbach ad  
 Carpz. I F. Part. 1. Const. 29. def. 31. n. 1. 4)* quod instru-  
 mentis rusticis datur *vid. l. 7. 8. cum subjuncta Avrb. C.*  
*Qua res pignor. oblig* huic generi instrumentorum, libris sci-  
 licet denegandum non videtur , maxime , cum , contraria  
 sententia admittitur , occasio detur plebejis hominibus , stu-  
 diosos , qui eorum ædes inhabitant , vexandi & libros  
 eorum sub prætextu pensionis terinendi & distrahendi,  
 quod maximo cum incommodo fit studiosorum , quorum  
 plurimum interest , eosdem libros , quibus aliquantisper  
 uti sunt , retinere *conf. Bachov. de Pignor. & hypoth. L. 1. cap. 17.  
 n. 3. facit 5)* ratio non inepta *Avrb. Habita. C. Ne fil. pro Pa-  
 tre ibi. Quis enim eorum non misereatur &c.* Sed affirmativa,  
 quæ verior & juri & praxi magis conformior est , nititur  
 sequentibus rationibus. 1) Nullibi in jure prohibitum est,  
 quod locator in libris studiosorum hypothecam tacitam  
 habere non debeat : eorum autem , quæ minus prohibita  
 sunt , unicuique facultas libera non deneganda *text. in l. 7.  
 C. de Religios. l. 43. §. 1. ff. de Procur. neque 2)* legislator ita ali-  
 cui favere debet , ut ex eo præjudicium alteri pariatur *c.  
 Nuper X. de donat. inter vir. & uxor. c. Ex tenore X. de for. com-  
 pet. l. Impuberi ff. de Administr. tut. cum minime favorabile  
 censeretur id , quod per consequentiam in odium cu-  
 jusquam detorqueri potest , veluti tradit Bald. in l. Quod  
 favore C. de LL. quem refert Mathæus Vol. 1. Marpurg. Conf. 20.  
 n. 47.*




n. 47. male autem consultum esset locatori, si demto retentionis jure, quod ei ratione librorum illatorum ad minimum in subsidium competit, pensione carere vel ob eam diutina lite implicari deberet, praesertim cum studiosi praeter libros & vestes vix quidquam habere soleant 3) quod nemini officium suum debeat esse damnosum l. sed si quis ff. Testam. quemadmodum aper. c. cum non deceat de Elect. in 6. 4) executio fieri potest in libris studiosorum, saltem si alia bona non habent. l. Commodis ff. de Re Jud. l. stipendia C. de Exec. rei Jud. conf. Marant. Spec. Part. 6. de Executione rei judicata n. 46. Esbach. ad Carpz. Part 1. Const. 32. def. 10. n. 7. ubi Manz. Beelich. aliosque ita sentientes allegat. Ergo multo magis libri objectum hypothecae legalis esse possunt, siquidem ex hac studioso tanta jactura non est metuenda, quanta ex ipsa executione. Unde hanc sententiam in omnibus fere Academiis observari tradit Vin. de Paet. Cap. 12. n. 9. relatus ab Esbach. Part. 1. Const. 29. ad def. 31. n. 1. cui consentit Richter ad Avth. Habita C. Ne sit. pro Patr. p. 3. m. 2. n. 3. vers. tandem. conf. Struv. Jurispr. Rom. germ L. 2. Tit. 35. apb. 16. Lauterbach. compend. L. 20. Tit. 2. in fin. Schöpff. Synops. Jur. priv. Lib. 20. Tit. 3. n. 4.

QVÆSTIO III.

*Advocatus Vasallus an contra Dominum Patrocinium suscipere possit?*

Pro negativa stant sequentia argumenta. Primum, quod indecorum sit Vasalli studiis oppugnari Dominum, cui jurat se non futurum damno de sua justitia, vel aliis de causis, quæ ad honestatem ejus pertinere videantur 2. feud. 6. c. de forma C. 22. § fin. Secundum, sicut Vasallus Dominum defendere tenetur in prælio campestri, ita etiam in judicio, quod bello admodum simile arg. l. Advocari C. de Advoc. divers. Jud. ei assistere debet. vid. Gail. L. 1. Obs. 88. num. 5. Tertium est in c. fin. X. de postul. ubi dicitur, quod Clericus, qui contra Ecclesiam,



(9)

fiam, à qua beneficium obtinet, Patrocinium suscipit, tanquam ingratus beneficio hujusmodi spoliari possit. Quartum, quia à donatarii Advocato, propter patrocinium contra illum præstitum, tanquam ingrato donatio revocari potest. *arg. l. fin. C. de revoc. donat.* Idem vero dicendum videtur de advocato vasallo contra dominum patrocinante. Hisce tamen non obstantibus, affirmativa verior est & juris feudalis textibus conformior, quia *2. feud. 33 §. 1.* expresse dicitur, quod Vasallus in causa Civili contra suum Dominum agere possit; Si itaque sine dolo, quod supponitur, hoc facit, non impinget in formam fidelitatis, *2. feud. 6. vers. honestum*, quoniam eo ipso, quod causam justam extranei defendat, justitiam Domino ministrat, hujus vero damnum, quod sua culpa sentit, non attenditur, *arg. l. Quod quis ex culpa. ff. de R. J. c. damnum eod. in 6.* Deinde etiam Advocatum Vasallum satis excusat & necessitas officii per *l. 5. §. 13. ff. de his, quæ ut indign. &* quod non tam ipse, quam ille, cui patrocinatur, egisse videatur *text. in l. Qui cum major §. Si Patroni ff. de bon libert. c. Qui facit de R. J. in 6.* neque doli argui potest, qui jure suo utitur, *l. 55. ff. de R. J. &* propterea nemini injuriam facit, *l. 13. §. 1. ff. de Injur.* Imo absurdum videri poterat, propter modicum feudum Vasallum adversus dominum patrocinio prohiberi, *Ant. Disput. 7. ib. 2. lit. b. cum alleg. Dd. consensit Stryck. in Exam. Jur. Feud. c. 23. qu. 9. Taber Vol. 2. pag. 649.* ubi, hanc sententiam genuinam, & in curiis feudalibus receptam fuisse, colligit additque, eam placuisse curiis Gallix supremis, excepta solum quæstione feudali.

#### QRÆTIO IV.

*Utrum Testamentum, in quo Ecclesia vel alia pia causa est hæres instituta, vel ei legatum relictum ab eo, qui jure Civili Testamenti factionem non habet, sit vadium?*

Affirmativam amplectitur *Engel. Coll. Jur. Can. L. 3. T. 26. num. 4. & seq.* potissimum suæ sententiæ præsidium in

B

EO

eo ponens, quod 1) in Testamentis ad pias causas solennitates civiles non attendantur, cum regulentur secundum jus gentium 2) prodigum, filium familias, deportatum & similes personas, licet quoad actus civiles sint inhabiles, esse tamen capaces actuum Juris Gentium, inter hos vero vel maxime referendum esse Testamentum ad pias causas 3) quod leges civiles non potuerint, nec Christiani Imperatores verisimiliter voluerint aliquem, habentem rerum suarum dominium, jure gentium & testandi privare, quantum id expedit pro salute animæ suæ & ad pias causas *text. in l. i. C. de SS. Eccles.* ubi Imperator Constantinus unicuique, nulla facta personarum distinctione, dat licentiam, sacris locis, quod voluerit, relinquere. Enim vero contraria sententia, rationibus dubitandi non refragantibus, juri magis consentanea videtur & fulcitur sequentibus argumentis primum. In omni Testatore requiritur voluntas & testandi facultas, & in hac parte Jus Canonicum non reperiri differentiam à Jure Civili statuisse, ipse fatetur *Engel. l. c.* quæ si non adsint, Testamentum nullo modo, nequidem ad pias Causas, valet, cum nullæ sint tabulæ Testamenti, quas is fecit, qui Testamenti faciendi facultatem non habet, *per l. 19. ff. Qui Testam. facere poss. & licet 2) in l. i. C. de SS. Eccles.* unicuique concessa fuerit licentia relinquendi aliquid piis locis, tamen inhabiles ad testandum per illam legem minime sunt habitati ad testandum ad pias causas, sed solum modo concessa facultas habilibus, ut possent relinquere collegiis & piis locis, *vid. Gothofr. ad d. l. Clarus §. Testamentum Quæst. 5. num. 2.* 3) nullibi in Jure reperitur, quod persona aliàs intestabilis, eo ipso, si pio cuidam loco aliquid relinquat, fiat ad testandum habilis; nihil autem sub prætextu piæ causæ, præterquam quod jure expressum est statuendum, *vid. Finkelnb. Observ. 78. num. 40.* 4) facultas testandi coangustata est interpretatione vel legum vel constitutionum, *l. 120. ff. de V. S.* & illas dispositiones, quæ legibus non repugnant, impleri oportere ait Imperator *Nov. 1. præfat. §. 1. add. Nov. 22. Cap. 2.*

§. 1. l. fin. C. de Fideicom. Testamentum autem ab inhabili con-  
ditum de jure non subsistit, sed est nullum, d. l. 19. Qui Te-  
stam. facere poss. facit, quod nemo cavere possit, ne leges in  
Testamento suo locum habeant, text. in l. 55. ff. de Legat. 1. &  
Testamenti factio est juris publici, l. 3. ff. Qui testam. fac. poss.  
cui derogare nemini licet, l. 13. C. de Testam. add. l. 35. pr. C.  
de Inoffic. Testam. Finckelb. l. c. num. 41. & 42. ubi dicit, quod  
hæc conditio: si modo legitime fiat, liberæ testamenti fa-  
ctioni tacite infit & hanc esse communem Dd. opinionem  
asserit.

QUEST. V

An Princeps status seu provincialis sui, cui me-  
rum & mixtum imperium concessit, subditos immediate  
ad suum tribunal citare possit?

Negativa sequentibus probatur rationibus 1) quod  
jurisdictionis per contractum feudalem alicui facta con-  
cessio, privative facta intelligatur & sic à vasallo tantum  
in subditos exerceri possit, adeo, ut nequidem præventio  
locum habeat, Knichen. de Sax. non provoc. Jure verbo Du-  
cum Saxonie Cap. 7. n. 20. quia Princeps inferiori conceden-  
do Jurisdictionem, hac se destituit & propterea in terris  
vasalli neque aliquid statuere, neque ejus jurisdictionem  
turbare debet, Knichen. de vesp. Patr. Part. 3. Cap. 2. n. 4. & Jo.  
Reinking de R. S. & E. L. 1. Class. 5. Cap. 7. n. 17. & seq. 2)  
quia in c. duo simul c. Pastoralis de Offic. Ordin. & c. 5. eod. in  
6. statuitur, quod nec Patriarcha in diocesi Archi-Episco-  
pi vel Episcopi, nec Archi-Episcopus in diocesi suffraga-  
neorum suorum jurisdictionem exercere possit. Ex quo  
generatim ad quemlibet alium superiorem, quamvis or-  
dinarium totius provincie, inferunt vid. Franzk. L. 1. Refol.  
18. n. 10. 3) quod cum hodie jurisdictiones in feudum con-  
cessæ quasi patrimoniales factæ sint, Superior non possit

B 2 causas



causas coram inferioribus pendentes avocare. Sic nec Imperator causas in Camera imperiali pendentes avocare potest *vid. Gail. L. 1. obs. 41. n. 3. Reinking. l. c. n. 16.* Ergo nec aliter de citandis & extrahendis hominibus statuum provincialium sentiendum erit. facit 5) pro hac sententia *l. Testium §. si ff. de Test.* ubi ex rescripto divorum fratrum requiritur, ut in evocandis testibus consuetudo ejus provincæ, in qua judicatur, spectanda sit, ut si probetur, sæpe aliam in civitatem testimonii causa avocationem factam fuisse, porro continetur *Franzk. l. c. n. 13.* Ergo per se & propria auctoritate illa non competit. Enim vero contraria sententia rationibus hisce non obstantibus, verior est & nititur sequentibus fundamentis 1) quia concessio meri & mixti imperii saltem fundata est in terminis primæ instantiæ ut scilicet nec actor, illa posthabita, relictâ causam ad superiorem devolvere, nec hic pendentem jam in prima instantia apud inferiorem avocare aut alio modo sese illi intromittere possit *vid. Franzk. l. c. n. 16.* 2) quia Princeps nunquam in tantum concedit jurisdictionem, quin eandem & majorem penes se retineat, idcirco superioritatis jure & propter universalem territorii jurisdictionem habere dicitur fundatam intentionem in omni causarum specie *text. eleg. in C. cum Episcopus de off. ordin. in 6. add. Knichen de vest. Pæd. Part. 3. Cap. 2. n. 47. & seq. & de Sax. non prov. jure Cap. 7. n. 25. & 26.* 3) quia Principes Imperii in suis territoriis jura supremi Principis, qui ex qualibet provincia sibi subiecta immediate citare potest *p. l. sed & si §. item inquit ff. ex ex quib. caus. Major. l. non alias ff. de Jud. habent & tantum, imo plus possunt in quibusdam, in suis territoriis, quam imperator in imperio: vid. Pfeffing. Vir. illustr. L. 3. T. 15. th. 1. & lit. b. Reinking. de R. S. & E. L. 1. Class. 5. Cap. 1. n. 55. Franzk. l. c. n. 21. cum ibid. alleg. add. Gail. L. 1. obs. 1. n. 37. Obs. 98. n. 2.*

QUEST.

## QVÆST. VI.

*Filia Patris hereditati renuntiante, ante Patrem vero mortua, utrum ejus liberi ab avita hereditate excludi possint?*

Pro parte affirmativa adducitur 1) quod nemo jure sibi competente uti cogitur sed quilibet ei renuntiare possit, arg. l. 46. ff. l. pen. C. de Pact. in tantum, ut hæc renuntiatio quandoque in præjudicium tertii subsistat vid. Carpz. Decis. Part. 2. decis. ibi Esbach. ad Carpz. J. F. Part. 3. Const. 23. ad def. 21. n. 3. ubi exempla quædam, quod aliquis jus suum etiam in præjudicium tertii repudiare possit, adducit, & in hanc rem Brunnem. Mev. Berlich aliosque plures allegat. 2) liberi sunt hæredes matris; igitur renunciatio nem ab ipsa factam ratam habere tenentur, nec contravenire possunt, præsertim si juramento fuit confirmata text. in l. ex qua persona ff. de R. J. c. quavis de pact. in 6. l. cum a matre 14. C. de Rei vind. etiam si mater promiserit, nec per se, nec per hæredes suos contravenire, potest enim defunctus vel defuncta obligare hæredem d. l. cum a matre, imo non solum personam hæredis, sed etiam bona ejus obligare potest vid. Marant. disp. 10. n. 2. 3) expediti juris est, quod pater vel mater uni ex liberis plus quam alteri relinquere l. 8. C. de inoff. testam. Gail. L. 2. obs. 112. n. 23. Finkelth. obs. 78. n. 12. imo, relicta legitima, reliqua hereditate eos privare possit per tradita Esbachii ad Carpz. J. F. P. 3. Const. 9. ad def. 26. n. 2. multo magis ergo mater salva manente liberis ejus hereditate, patris hereditati renuntiare poterit, idque eo magis, quia ei jus succedendi tantum in spe, qua multis modis fraudari potest, est quæsitum, quod repudiando & alienando liberis auferre potest prius, quam illud plene ac perfecte adquisierit conf. Gœddens Vol. 1. Marp. Conf. 27. num. 24. cum alleg. DD; Sed his omnibus sepositis in partem contrariam magis inclinatur veritas, nempe quod mater, patris hereditati renuntians, liberis non præjudicare, neque

hi à reliquis cohæredibus excludi possint. Nam 1) ejusmodi renuntiatio vires non habet, quando non deferitur renuntianti hæreditas, quippe quem casum deferendæ scilicet hæreditatis renuntiatio respicit, *vid. Suuv. Jurispr. Rom. Germ. L. 2. Tit. 34. apb. 5. Gæddeus l. c. n. 59.* Jam vero matri patris hæreditati renuntianti, ante patrem vero mortuæ, hæreditas non est delata, cum viventis nulla hæreditas esse possit *arg. l. 1. ff. de hered. vel act. vend. l. 94. ff. de adquir. l. omitt. hered.* Igitur mater juri non dum delato renuntiare non potuit *per l. Ejus est velle ff. de R. 7. l. Is potest ff. de ad qu. vel omitt. hered.* maxime, cum hoc jus adhuc fuerit futurum, de quo facta renuntiatio prius effectum non sortitur, quam si hæreditas fuit delata, ut respondit *Ruin. Conf. 204. n. 28. Ripa. Respons. 6 n. 3. Cephal. Conf. 34. n. 18. quas referi Vultej. Vol. 1. Marp. Conf. 17. n. 6.* Unde nepotes debent succedere, quia renuntiatio nullum eis præbet obstaculum, ex quo pro non facta habetur, sunt enim in Jure paria, nihil fieri, aut fieri sub conditione, quæ non purificatur *Vultej. Vol. 1. Marp. Conf. 15. n. 283. Conf. 10. n. 52,* quo unico brocardico, vel satis confirmatur sententia negativa 2) facit pro hac sententia *text. in l. si quis filio pr. ff. de injust. rupt. testam.* ubi si testator exhæredat filium suum, qui moritur ante testatorem, talis exhæredatio non nocet nepotibus ex illo filio, ex quo habetur pro non facta: ergo eodem modo minime debet nocere renuntiatio, cum validum sit argumentum ab exhæredatione ad renunciacionem *Marant. Disp. 10. n. 10. 3)* adduci potest *text. in l. si quis posthumus §. Si filium ff. de Lib. & posthum.* ubi nepos præteritus rumpit testamentum, quando filius exhæredatus moritur ante patrem, & hoc non est ex alio, nisi quia nepos subintrat locum & venit ex persona propria, nam si veniret ex persona patris, noceret sibi exhæredatio patris; sed non nocet, quia patri non fuit delata hæreditas; ita in nostro quoque casu renuntiatio matris ante patrem mortuæ non nocet nepotibus subintrantibus locum ex persona propria *conf.*



*conf. l. Si patronus §. fin. ff. de bon. libert. Marant. l. c. n. 11. est enim quoad hos inutilis vid. plur. Gædd. Vol. 1. Marp. Conf. 26. n. 172. Conf. 27. n. 59.*

QVÆST. VII.

*Vasallus, an propriis sumtibus, an vero sumtibus domini servitia debita præstare debeat?*

Prior sententia multis DD: recepta videtur *vid. Knichen. de Jure Territorii Cap. 3. n. 373. Ant disp. 7. th. 6. cum not. Clarus §. Feudum Qv. 21. n. 1. 1)* quia dominus ideo feudum concedit, ut fructus & reditus ad vasallum pertineant: & ex illis servitia domino præstet *text. 2. Feud. 23. ibi: ut ille & sui hæredes fideliter serviant 2. Feud. 52. 2. Feud. 55. pr. ibi: unde debita servitia amittebant, 2)* quia argumentum a liberto ad vasallum ductum valet *Everh. top. legal. loco a liberto ad vasallum 25. Bocer. de Jure & commod. Senior. L. 1. c. 4. n. 113. & 121. Sed libertus tenetur suo victu & vestitu operas patrono præstare l. suo victu ff. de oper. libert. Sicut & regulariter unusquisque id, quod spondit, suo impendio præstare debet l. quod nisi ff. d. 2. ergo & vasallus. Et licet d. l. suo victu loquatur de liberto, intelligenda tamen est de quovis edente operas in genere arg. l. operarum ff. d. 1. Rosenh. de Feud. c. 8. concl. 25. lit. c. 3)* vel etiam distinguendum: utrum vasallus serviat intra Patriam vel extra Patriam, ut ibi propriis sumtibus, hic domini impensis serviat *arg. l. Quod nisi §. 1. & l. Operæ ff. de oper. libert. Schrader. de Feud. Part. 6. C. 6. n. 13. seqq. Sed hisce non obstantibus posterior sententia verior est, quod probatur 1) per text. 2. feud. 107. ubi expresse dicitur: quod fideles, dominorum sumtibus, eisdem servitia ministrare debeant, 2) quia justum est, ut illi consequantur stipendium, qui suum commodant obsequium d. textu 107. 3) quia & alias nemo cogitur propriis impendiis militare *Hornmold Reperi. pag. 842.*, aut alia negotia expedire *per l. idemque §. idem Labeo ff. mandati 4) quia iniquum**

iniquum esset, ut vasallus duplici onere gravetur hoc est ut serviat, & suis sumtibus serviat *arg. l. Titia S. Qui in vi-  
ta vers. non est verisimile ff. de Legat. 2. conf. Finkelub. obs. 87.  
n. 12.* Cæterum ante omnia inspicienda erit forma investituræ, cum dominus vasallum omnino obligare possit, ut servitia suis sumtibus præstet, quemadmodum alias quilibet rei suæ legem dicere potest per vulgata jura *Conf. Warmf. Pract. obs. L. 1. T. 51. obs. 31. n. 1. & 2. Ant. disp. 7. ob. 6. lit. F. Vultej. Vol. 1. Marp. Conf. 23. n. 3. Conf. 33. n. 42.*

QVÆSTIO IIX.

*Utrum Jus convocandi Concilia sit penes Imperatorem, an vero penes Pontificem?*

Pro Pontifice pugnant sequentia argumenta, primum est in c. 1. & seq. dist. 17. ubi cavetur, quod nullum Concilium ratum esse debeat, quod non fultum fuerit auctoritate Pontificis, addec. 4. X. de Elect. ibi: omnia Concilia per Romani Pontificis auctoritatem & facta sunt & robur acceperunt. Secundum Papa potest de rebus Ecclesiasticis decernere, *argum. c. si quis X. de Major. & Obed. c. Pervenere abitem X. Qui fil. sint Legitt.*, cum in statu Ecclesiastico summum Principem repræsentet, *Engel Coll. Jur. Can. Tit. de Major. & Obed. num. 7.* igitur & Synodos convocare poterit. Tertium quia in ipsis Imperii Recensibus Pontifici tribuitur facultas convocandi concilia, *N. A. zu Regens-  
spurg de Anno 1532. rubr. Concilium betreffend & serner ibi: Ein  
mein Christlich Concilium durch Päbstliche Heiligkeit fürgenomen  
und ausgeschrieben wurde | vid. plur. Reinking. de R. S. & E. L. 3.  
Class. 1. c. 4. num. 10.* Quartum quia hæc opinio plurimorum Canonist. auctoritate confirmatur, *vid. Engel C. J. C. l. c. n.  
43. Arnold. Corvinus de Person. & Benef. Eccles. Tract. 1. in Introd.  
S. 20. & seq. num. 7.* Verum non sunt solida hæc fundamenta. Proinde prior sententia merito præfertur, utpote firmioribus munita rationibus. Prima. Quia Imperator habet Majestatem *Reinking de Regi Sec. & Eccl. L. 1. Class. 2. c. 2. num. 54.*  
hæc

hæc vero tanquam totum potestativum spectatur, & variis sui partibus, quæ Jura regalia vocantur, absolvitur. Inter hæc autem jura merito referendum jus convocandi concilia, quo sine mutilum atque mancum foret summum Imperium sive Majestas Imperatoris, qui custos esse debet utriusque tabulæ, *arg. c. Principes c. si apud C. 23. qv. s.* omnemque curam & sollicitudinem in eo collocare, ut religionis imprimis habeatur ratio. Unde etiam Reges nutritii Reginae autem nutrices appellantur, *Esa. 49. conf. Reinking de Reg. Sec. & Eccl. L. 3. Class. 1. Cap. 1. num 5. & 6. Schile. Inst. Jur. Can. L. 1. T. 4. §. 3. Budeus in Theol. Moral. Part. 2. Cap. 3. Sect. 7. §. 29.* Secunda: quod nullum collegium, nullumque conventiculum in Republica sine Principis permisso institui possit, si ve sacro hoc fiat sub prætextu, si ve profano, cum multi in commune conspirantes Religionemque suis cupiditatibus obtendentes, motibus gravissimis atque turbis rerumque-publicarum everfionibus occasionem præbere, aliaque perniciofa & in fraudem civitatis vergentia excogitare possint, *vid. l. 1. ff. de Coll. & Corp. l. 15. C. de Episc. & Cler. l. 3. pr. ff. de Offic. Præf. Vigil. l. un. C. de Monopol.* Elegantissime Imperator Justinianus in *Novel. 133. pr. Nihil, inquit, sine via est Imperio, communem omnium hominum sollicitudinem ex DEO accipienti.* Tertia. Si Principibus seculi incumbit curare, ne errores & schismata in Ecclesia oriantur, & si forte exorta sint, ut componantur vel tollantur, utique & hoc concessum erit, sine quo ejusmodi dissensiones, schismata & errores comode componi non possunt, *arg. l. 2. ff. de Jurisdic. Reinking l. c. num. 7.* quo vel maxime pertinet convocatio conciliorum. Accedit quarta quæ fundatur in Exemplo & praxi veteris Ecclesiæ: Sic œcumenicum concilium primum Nicæ habitum à Constantino Magno: Ephesinum à Theodosio minore seu juniore: Chalcedonense à Martino Imperatore *add. l. 4. C. de S. Trinit. ibique Gothofred.* Accesserunt deinde Constantinopolitanum II. auctoritate & jussu Imperatoris Justiniani coactum: Constantinopolitanum III. jussu

jussu Constantini V. Nicanum II. mandato Constantini III. de quibus omnibus & quid in iis actum sit, *vid. Riversb. ad Novell. Part. 1. Cap. 2. per totum Schilt. Inst. Jur. Can. L. 1. T. 4. §. 2.* Nec desunt Exempla conciliorum posterioris ævi, quæ jussu Imperatorum coierunt: Sic historia testatur de celeberrimo Concilio Francofurtenfi Anno 794. in causa imaginum à Carolo M. instituto: Item de Synodo Romana Anno 963. ab Ottone M. super depositione Johannis XII. & electione Leonis IX. instituta. Idem jus adhuc exercuerunt reliqui Imperatores, qui statim ac Romam prima vice venerunt Synodum convocare solebant, inter quos est Henricus III. Lotharius & Fridericus Barbarossa, qui adhuc Anno 1160. Concilium Papiæ celebrandum indixit, *vid. Zigl. de Episc. L. 3. Cap. 18. per totum Burch. Goubelf Siruv. Syntagm. Histor. Germ. Disp. 12. §. 23. & 24. Disp. 17. §. 38. Schilt. de Libert. Eccles. Germ. L. 1. C. 4. §. 2. & seq.* Cæterum quin adhuc hodie jus convocandi concilia, si opus esset, Imperatori salvum sit, dubitare non licet, cum legibus Imperii illud Imperatori definitum & in Recessibus Imperii statutum sit ut non nisi cum Imperatoris consensu concilium possit institui, *vid. Siruv. Syntagm. Jur. publ. Disp. 10. §. 41.*

QVÆST. IX.

*Utrum transactio legitime facta sub pretextu læsionis ultra dimidium justis pretii rescindi possit?*

Remedium L. 2. C. de rescind. vend. etiam in transactione locum habere in Electoratu Saxonix extra dubium est ob expressam constitutionem Electoris Augusti de qua *vid. Carpz. Jurispr. for p. 2 Const. 34.* an vero idem obtineat jure communi inter DD. non convenit. Pro affirmativa quam tenent *Carpz. Fachin.* & alii plures citati ab *Esbach, ad Carpz. Part. 2. Const. 34. pr.* fortissime stringere videtur, l. 65. §. 1. ff. de condiç. indeb. ubi propter evidentem calumniam s. immodicam læsionem adversus transactionem venire

venire permittitur 2) *l. ff. Superstive C. de dolo mal.* ubi filia per transactionem immodice læsæ, contra patrem non de dolo propter paternam verecundiam, sed actio in factum tribuitur 3) *l. 26. ff. de V. O.* ubi læsus enormiter exceptionem doli paciscenti opponere potest, etiamsi dolus formalis non intercesserit, cum dolus reipsa & dolus ex proarresi æquiparentur in transactione, quando quis enormissime læsus fuit *Mynsing. C. 6. obs. 91. n. 8.* facit 4) quod hæc sententia æquitati naturali, quæ neminem vult cum alterius jactura locupletari, & justitiæ commutativæ, quæ æqualitatem inter contrahentes desiderat, magis conformior esse videatur, ita concludit *Engel. Coll. Jur. Can. L. 1. Tit. de transact. n. 14.* Verum negativa, quæ verior, pluribus juris textibus, DD. calculis atque praxi munita est, & probatur sequentibus rationibus, 1) quia transactio est rei incertæ atque dubiæ *l. 1. ff. de transact.* at in re incerta nulla læsio allegari potest, *text. in l. 7. C. de Usur. l. Quod debetur ff. de pecul.* ergo transactio rescindi nequit, quia non entis nullæ sunt affectiones *l. Ejus qui ff. de Reb. cred.* 2) transactio comparata est ad finiendas lites *l. Fraxis C. de Transact.* quas nequidem imperiali rescripto suscitari oportet *text. in l. causas C. d. t.* neque sub prætextu instrumentorum noviter repertorum *l. sub prætextu C. d. t.* quia hæc ipso jure caduca arque irrita sunt *text. in c. 1. X. de transact. Gail. L. 2. obs. 70. n. 3.* 3) Res judicata & transactio æquiparantur *text. eleg. in l. Non minorum C. d. t. l. 2. ff. de jurejur.* Illa vero sub obtentu læsionis non retractatur *l. sub specie C. de Re judic. l. si cum C. Quand. prov. non est. necess.* ergo nec transactio 4) quia eo ipso, quod a lite receditur transi-gens magno commodo afficitur. Et ab hac sententia in judicando non recedendum esse, ne ex lite lis fiat, vult *Gail. l. c. in f. Esbach. ad Carpz. l. c. cum alleg. ibid. ll. 5. DD. Tabor. Vol. 2. pag. 645. & 646.*

QVÆST. X.

*Utrum juramentum dolo elicitum sit obligatorium?*

Difficilis hæc est quæstio & a multis cum Theologiæ, tum jurisprudentiæ DD. varie ventilata. Pro affirmativa, cui adstipulantur *Balduin. l. 2. de cas. Consc. cap. 9. cas. 14. Breisbaup in Exercitat. Theolog. de Juram. ib. 7. Bach. ad Treuil. Vol. 1. disp. 11. ib. 10. lit. a.*, quibus etiam subscribit *Schilter. in Inst. J. C. L. 1. T. 5. §. 8. 1)* adduci solet illustre Exemplum Gibeonitarum dolo Josuæ juramentum elicientium, quod tamen hæctenus servandum censuit Josua, ut vita illis concederetur, servitutis tamen imposta conditione *Jos. 9. v. 21. & seqq. add. Budæum in Theolog. Moral. Part. 2. Cap. 3. Sect. 5. §. 12. in not.* ex quo constat, eum, qui ad promittendum quid dolose inducitur, si juramento promissum confirmet, valide obligari 2) roboratur hæc sententia ex eo, quod, licet negotium principale absque juramento dolose initum non teneat, cum dolus suus nemini patrocinari debeat *l. Ne ex dolo ff. de dol. l. 134. ff. de R. J. l. 12. §. 1. ff. de furt.* tamen potius habendus sit respectus ad intentionem jurantis, ne videlicet in vanum assumatur nomen DEI, eumque perjurii vindicem sentiat, *Breith. l. c.* cui etiam assentitur *Grotius de J. B. & P. L. 2. c. 13. §. 14. & seq.* Etsi, inquit, personæ scilicet cui juratur, jus deficiat, cum DEO tamen negotium est, statuitque, per juramentum omnino novam obligationem produci, semper quidem adversus DEUM, aliquando etiam adversus alios homines, cui tamen recte se opposuerunt, *Puffend. & Vitriar. allegati à Budæo l. c.* Verum non sunt solida hæc fundamenta & verior est sententia negativa, quod probatur sequentibus rationibus 1) enim in omni conventionione necessarius est consensus, *l. 1. §. 3. ff. de Pact. quo deficiente ipsa conventio est nulla, d. l. 1. add. l. 3. §. fin. l. 55. ff. de O. & A.* dolus autem excludit consensum & facit ut actus ipso jure sit nullus, *l. 7. pr. ff. de dol. l. 3. §. 3. ff. pro Soc.* Juramentum vero actui ob defectum consensus nullo

lo adjectum illum non confirmat, *l. fin. C. de non numer. pec. Covarruv. in c. Quamvis de Pact. in 6. part. 2. §. 6. num. 10. & seq. Hilliger in Donell. L. 21. c. 33. lit. BB.* est enim juramentum obligationis accessorium, adeoque cum principale, cui accedit, non subsistit, nec ipsum subsistere intelligendum est, *c. accessorium de R. J. in 6. l. cum principalis ff. eod. & semper habet tacitam illam conditionem, quam habet actus seu obligatio, super quo interponitur, adeo ut si nulla sit obligatio, nec juramentum censendum sit, c. Quemadmodum X. de Jur. rejur. d. l. fin. C. de Non numer. pec. Vultej. Vol. 1. Marp. Conf. 15. num. 358. & seq. 2)* qui dolo inducitur ad jurandum, non consentit, sed quid agit ignorat & errat, *l. 9. §. 2. ff. de Transact. l. 116. §. fin. ff. de R. J. & de hinc jus suum nec amittit, nec sibi præjudicat, l. 7. in fin. ff. de rescind. vend. l. 35. ff. de acquir. rer. dom.* Juramentum autem ad non cogitata & ultra intentionem non extenditur, *l. ult. pr. ff. ad Municip. §. c. humane C. 22. qv. 5.* neque tantum operatur, ut ex eo, quod scientiæ deest, suppleatur, multominus ut qui ignorans juravit ex juramento illo teneatur, nec erroris aut ignorantia exceptionem excludere potest, *Vultej. Vol. 2. Marp. Conf. 29 num. 109. add. Franzk. L. 2. Ref. 4. num. 4.* 3) dolose juramentum a quodam exigens, exinde nullum jus sibi acquirit, cum per delictum nemo possit suam conditionem meliorem facere per vulgat: ubi vero nullum est jus, ibi nulla quoque est obligatio, consequenter juramentum ei accedens non erit obligatorium 4) notum est, quod juramentum tres Comites requirat, Judicium, veritatem & justitiam, quibus juramentum dolo exactum destituitur, nec ipse Deus ut justissimus vult, omnia juramenta servari, sed tantum jussè præstitis suum accommodat consensum, *Schæpf. in Synops. Jur. priv. L. 12. t. 2. num. 13.* & non verba considerat, sed voluntatem & intentionem, ut dicitur *in d. c. humane c. 22. qv. 5.* ergo cum deceptus non intendit jurare id quod verba sonant, ejus juramentum non tenebit, *vid. Franzk. & Budau l. c.*

## QVÆST. XI.

*Num bonæ fidei possessor rei furtivæ, qui eam ante interpellationem domini in alium transtulit, domino saltem ad pretium tenatur?*

Pro affirmativa faciunt hæ rationes 1) quod res furtiva ita vitio affecta censeatur, ut coinquinet quemcumque possessorem & de hinc & pretium secundi emptoris, quod a bonæ fidei possessore pro re alienata acceptum est 2) quod pro domino regulæ æquitatis militent, ad quas semper, quoties jure certo desituimur, recurrendum sit *arg. l. Bona fides ff. de pos. tum*, quod illi res sua præter culpam suam absit, bonæ fidei vero possessori pretium pro illa vendita vel permutata cum illius detrimento adsit, tum, quod non sit novum, ut in subsidium permittatur agi contra eum, qui habet commodum rei *text. in l. si me & filium ff. de Reb. cred. 3)* quod bonæ fidei possessor ob rem furtivam bona fide consumptam ad æstimationem teneatur *vid. Franck. L. 2. Resol. 8. n. 8.* per regulam: quod ubi per consumptionem vel confusionem dominium transfertur solvenda sit æstimatio *arg. l. Adeo §. 7. de acquir. rer. dom.* 4) quod bonæ fidei possessor pretio suo non fraudetur, cum regressum & actionem habeat adversus suum auctorem, furem scilicet vel alium qui à fure emit, *text. in l. 16. C. de Evid.* Sed pro negativa stat veritas, tum, quod pretium ex re furtiva redactum non sit furtivum, *arg. l. Qui vas §. fin. ff. de fure. tum*, quia bonæ fidei possessor, qui rem furtivam alienavit, nulla actione domino tenetur non personali, quia cum illo non contraxit, nec, bona fide emendo & pretium ex secunda alienatione accipiendo, deliquit; non reali, quia rem furtivam non amplius possidet, nec dolo desit possidere, quod illa necessario supponit. *vid. Franck. l. c.*

QVÆST.



QUEST. XII.

An reus alicujus criminis ad Ecclesiam vel alium  
pium locum fugiens ex illo violenter extrahi & puniri  
possit?

Negativa probabilis videtur 1) enim ipsum DEUM  
ter optimum Maximum apud Ebræos ordinasse loca quæ-  
dam securitatis, ad quæ se recipere poterant, qui invo-  
luntarie homicidium commiserant, patet ex Cap. Exod. 21.  
13. Num. 35. 6. Deut. 41. & 42. c. 19. 2. & seqq. 2) suffragatur  
huic sententiæ auctoritas Conciliorum Aurelianensis 1. &  
Toletani XII, conf. Gratianus c. Id. constituimus c. diffinivit C. 17.  
Q. 4. aliorumque vid. Schil. Instit. Jur. Can. L. 2. T. 7. §. 12. &  
Constitutionum Pontificum c. cum ecclesia c. Inter alia & c. Ec-  
clesia X. de immun. Eccles. confirmatur 3) constitutionibus Im-  
peratorum vid. tot. tit. C. de his qui ad Eccles. confug. Hinc  
etiam hanc opinionem adeo veram esse putat Engel. de  
Privil. 8. n. 8. ut, etiam si inter Leges & canones contrarie-  
tas reperitur, etiam in foro seculari Canones observari  
oporteat, cum ad S. Pontificem spectet ea decidere, quæ  
ad Ecclesias earumque reverentiam & jura pertinent. Co-  
varr. var. resol. L. 2. c. 20. n. 3. & hanc esse communem omni-  
um Doctrinam ex Gomes. refert Clarus L. 5. §. fin. Qu. 30. n. 1.  
4) Prostant multa Exempla Asylorum tam universalium  
Imperii, quorum unum Reutlingam, Civitatem Imperia-  
lem circuli Suevici esse testatur Struv. Syntagm. Jur. publ.  
Disp. 26. §. 56. ; quam provincialium, quale constituisse  
Manhemæ Fridericum IV. Electorem Palatinum, & Freu-  
denstadii Fridericum Ducem Württembergiæ idem probat  
Struv. l. c. add. Virriar. Inst. Jur. publ. L. 3. Tit. 17. §. 78. Hi-  
scie tamen non repugnantibus Affirmativa de jure verior  
est 1) Jure Divino tam naturali quam revelato Principibus  
hujus Seculi facultas puniendi competit, & quidem secun-  
dum illud naturale scil. , fundamentum huic facultati  
præbet salus Reipublicæ ; secundum hoc autem illius causa  
erit

erit ipsa voluntas DEI: Non enim magistratus gladium gerit frustra, minister DEI est ad vindicanda delicta *Rom. 13. 4.* quo posito, delinquens etiam ex loco venerabili & sancto extrahendus erit, cum DEUS, qui dedit jus ad finem, etiam ad media id dedisse censendus sit, 2) Leges humanæ pariter non volunt delicta impunita manere, ne per impunitatis audaciam fiant, qui nequam fuerant, nequiores *c. ut fama X. de Sent. Excomm. text. notab. in l. congruè ff. de off. Præs. ibi: Latrones, plagiarios, fures conquirere debet receptatoresque eorum coercere, sine quibus latro diutius latere non potest conf. l. ita vulneratus §. quod si quis ff. ad L. Aquil;* & non remitti pœnam facile publice interest, ne ad maleficia temere quisquam prosiliat *l. 14. C. de LL. l. 70. §. sin. ff. de fidejuss. & ut propter exemplum alii metu pœnæ a similibus perpetrandis deterreantur l. capitalium §. famosos ff. de pen. c. 2. X. de Calum. c. Quapropter C. 2. Qu. 7. 3) Ecclesia, quæcultrix & auctrix justitiæ *1. Feud. 13.* recte dicitur, cum non patiatuꝝ contra justitiæ aliquid fieri vel in se vel in alterum, criminosos injuste detinere ac defendere non debet, ne opinionem male agentium ex indiscretæ defensionis ausu in se ullo modo transferat *text. notab. in c. Hi qui in furtis C. 14. Q. 6.* imo ii quorum peccata sunt manifesta de Ecclesia ejici debent *c. Nolite C. 11. Qu. 3.* denique 4) pro roboranda sententia affirmativa adduci potest plurimarum præsertim Principum protestantium, provinciarum observantia & consuetudo, quæ optima legum atque canonum interpretatur *in l. Si de interpretatione ff. de LE. c. cum dilectus X. de consuetud. quam in immunitatis materia observandam esse monet Covarr. Var. resol. L. 2. Cap. 20. n. 3.* præcipue, quod hæc immunitas non fit valde favorabilis, sed potius strictæ interpretationis, ne scelera maneant impunita & homines tanto audacius delinquant *Engel. l. c. n. 6.* & ab hac consuetudine in praxi non esse recedendum, auctor est *Clarus L. 5. §. sin. Qu. 30. n. 12. Et ita quotidie videmus, inquit, n. 20. quod judices seculares**

seculares extrahunt delinquentes ab Ecclesiis, non expectata licentia Episcopi, quia Prælati & iudices Ecclesiastici reddunt se in hoc valde difficiles, & cum requiritur & expectatur licentia, sepe Clerici faciunt delinquentes aufugere add. n. 23. & n. 1. §. scias cito. Qu. 30. 30. dicit: hoc, scilicet delinquentes in Ecclesiis capi non posse, hodie propter ingentem numerum Ecclesiarum & frequentiam delinquentium, a consuetudine valde restrictum esse, cum alias sepe de facili quilibet malefactor manus iustitiæ evadere posset &c. Calculum addit Claro Hopp. in Comment. ad Inst. L. 1. T. 8. pag. 63. ubi perpulchre ita disserit: preprimis vero apud nos Evangelicos cessat illa immunitas: cum enim hodie nemini delinquentium, etiamsi in Flagrantissimo crimine deprehendatur, defensio denegetur, nec ullus, causa non satis audita, rapiatur ad supplicium, quid opus istam Ecclesiis immunitatem concedere? Non itaque consensus Episcopi amplius est necessarius, cum extrahendi sine è templis nostris facinorosi, qui illum se receperunt, sed sufficit auctoritas illius, cujus jurisdictioni & patrocinio Ecclesia subest add. Budæum in Theol. Moral. Part. 2. Cap. 4. §. 16.

### QVÆSTIO XIII.

*Conditio furtiva an detur contra hæredes furis, ipso fure ultimo supplicio affecto?*

A parte negativa stant hæ rationes. 1ma petitur ex l. 56. §. 1. ibi: quod in periculum majoris pænæ deductus est fur, intelligendum est questionem furti sublata esse ff. de Furt. Ergo is, cui furto res subtractæ sunt, contentus esse debet, si fur pœnam mortis sustinuerit. 2da ex l. 17. §. si ante ff. de Injur. ibi: si delinquens perpeffus est, verbera: Actor cui per corporalem istam pœnam satisfactum est, non amplius auditur. 3tia, quia propter unum crimen quis pluries puniri nequit text. in l. senatus 14. ff. de Accusat. l. sanctio 41. ff. de pœn. 4ta quia si reus criminaliter punitur, in totum absolvitur l. divus §. 1. ibi: sustibus caditur & ira absolvitur ff. de Jur. patron. sta. quia mors omnia solvit arg. Novell. 22. cap. 20. ibi qu. Gothofred. Verum a

D

parte

parte affirmativæ stat veritas, & probatur his argumentis, imum, quod omnis delinquens, quatenus factio suo aliis nocuit, tum ad pœnam, tum ad satisfactionem his quos læsit, teneatur vel obligatus sit *vid. Gerbard delin. Jur nat. Cap. II. poss. 13. 19. 20.* ergo ab hac obligatione exemptus esse non poterit fur, qui furando & legem transgressus est & damnus in bonis alteri intulit, consequenter legislatori ad pœnam, illi vero, cui nocuit, ad satisfactionem tenetur, quam, cum non vivus præstiterit, eo mortuo ejus hæredes præstare debent, cum hi succedant in omne & idem jus defuncti *Novell. 48. pr. 2dum est in l. Si pro fure §. conditio ff. de condict. fure.* ubi dicitur: *Conditio rei furtive, quia rei habet persecutionem, hæredem quoque furis obligat, & hoc adeo verum est, sive possideat sive non, sive res extiterit sive non, arg. §. fin. Inst. de obl. que ex del. nasc. d. l. si pro fure §. conditio, hac enim extincta succedit æstimatio l. 8. pr. ff. de condict. furtiv. l. si servus §. bove ff. eod. ratio est, quia fur a tempore furti commissi semper moram facere videtur d. l. 8. §. si ex causa in fin. l. licet fur ff. d. 2. hanc vero moram continuat hæres in eo, quod ex ablaris aliquid post mortem furis in hæreditate ejus fuerit inventum, sive actu sive potentia d. l. Si pro fure §. conditio d. §. fin. Inst. de Obl. que ex quasi del. Finckelth. obs. 59. n. 11. 3tium. quia ut domino ab hæredibus satisfiat postulat ipsa iustitiæ æquitatisque natura, quippe quæ unicuique quod suum est, tribuit *pr. Inst. de Just. & Jur.* nec permittit, ut quisquam cum alterius jactura locupletetur *text. eleg. in l. in heredem pr. ff. de Calumn. l. quod diximus §. hæc actio cum l. ff. seq. quod met. caus. Hepp. iii. de obl. que ex del. ad §. 29. 4tum.* quia etiam bonæ fidei possessor rem furtivam restituere cogitur, multo magis igitur fur ejusque hæredes, ne delinquentes eorumve hæredes plus favoris habeant quam ii, qui bona fide eam sibi compararunt *arg. l. Servius ff. Quodvi ant. clam. Finckelth. l. c. n. 12. 5tum.* denique hæc sententia quod praxi confirmatur, de qua vel inde constat, quod ab*

ab amplissimis Facultatibus Juridicis hinc inde secundum eam judicatum *vid. Struv. jurispr. Rom. germ. L. 3. t. 23. aph. 7.*

QVÆSTIO XIV,

*Num beneficium Legis Falcidie in legatis ad pias causas locum habeat?*

Simplicem Negativam amplectuntur multi Canonistæ atque Legistæ Nituntur autem his fundamentis imum. est in *avib. similiter c. ad L. Falcid.* ubi dicitur: quod Falcidia in relictis ad pias causas cesset 2dum. quod ejusmodi legata vicem quasi aris alieni sustineant, adeoque detractio-nem Falcidie non patiantur, ob rationem in §. 3. *Inst. de L. Falc. vid. Lauterbach. compend. Tit. ad L. Falcid. in fin. 3ti-um.* quia detractio Falcidie est ex dispositione Juris Ci-vilis, quod piis causis præjudicare non valet. 4tum. quod testator magis præsumatur aliquid decedere voluisse hæ-redi, quam piis causis, quarum patrocinium post mor-tem quæsit *vid. Engel. Coll. Jur. Can. Tit. de Testam. n. 21.* Verum hisce non obstantibus affirmativa de Jure verior videtur, & probatur sequentibus argumentis imum est in *l. 1. §. 5. ff. ad L. Falcid.* quæ lex cum nullibi abrogata sit, cur stare prohibetur *arg. l. sancimus C. de Testam. add. l. fin. ff. de cons. Princ.* accedit 2dum, quod ipse Imperator Justi-nianus, vel saltem tacite, hanc legem confirmaverit nova Constitutione, in *l. 49. pr. C. de Episc.* ex qua patet, quod, si testator nulli Falcidie bona sua subjici velit, ipsam piam causam hæredem scribere debeat; sin minus, hæres legatis ad pias causas gravatus jure suo uti & Falcidiam detrahere possit, 3tium, quia beneficium Legis Falcidie non solum in gratiam hæredis & testatoris inductum est, ne scilicet hic vel invitus sine hærede decederet, illi vero officium su-um damnosum esset, *vid. pr. Inst. de L. Falcid. §. Sed quia Inst. de Fideic. hered. l. sed si quis ff. re-stam. quemadm. aper. l. si servus communis §. Quod vero ff. de Furt. c. cum non deceat de Elect. in 6.* sed etiam in favorem legatario-

rum, qui non possunt consequi legata, si hæreditas non a-  
deatur, §. *Quantitas Inst. de L. Falcid. & pr. Inst. de hered. que*  
*ab intest. l. si nemo ff. de Testam. Tutel.* quod adeo verum est, ut  
etiam in legatis ad pias causas procedat, *vid. Surd. de Aliment.*  
*Tit. 8. privil. 12. num. 4. privil. 18. num. 1. & 2. Hopp. Comment.*  
*Tit. de L. Falcid. ad §. 2.* siquidem pia causa aliquo privilegio  
non gaudet, nisi hoc ipsi expresse in jure sit indultum, *vid.*  
*Finckelb. Obs. 78. n. 38.* atum. quia nullius legatarii per-  
sona vel favor vel amplitudo efficere potest, quo minus de  
legato relicto portio Falcidiæ detrahi possit; Sic enim fa-  
vendum piæ causæ, ut aliis non fiat injustitia, c. *Ex tenore*  
*X. de for. compet. Finckelb. l. c. num. 40. Donell. in l. 4. C. ad L.*  
*Falcid.* Ita hæres in legato alimentorum, quod sine dubio  
legatis ad pias causas annumeratur, Falcidiæ detrahendæ  
jus habet, *vid. l. Alio ff. de Alim & Cibar.* Cæterum lubens  
concedo, beneficium Legis Falcidiæ cessare, atque eo indi-  
gnum esse hæredem, qui dolum vel moram in præstandis  
legatis ad pias causas admittit. Verum tunc non favore piæ  
causæ, sed ob proprium delictum & culpam Falcidiæ portio-  
ne carere debet. cum beneficio legis indignus sit, qui in  
eandem committit & nemo ex suo delicto commodum  
aliquod sentire debeat l. *Auxilium ff. de minor. l. Ne ex do-*  
*lo ff. de dol. l. itaque Fullo §. 1. ff. de furt. vid. post Rittersb. ad*  
*Novell. part. 6. Cap. 14. n. 11. Perez in C. Tit. ad L. Falcid. Es-*  
*bach. ad Carpz. I. F. P. 2. const. 1. ad def. 16.*

QVÆSTIO XV.

*Urum filius familias fidei commissio gravatus legi-*  
*timam & Trebellanicam deducere possit?*

Negativam plerique Legistæ sequuntur. *vid. Esbach. ad*  
*Carpz. I. F. P. 3. Const. 1. ad def. 20.* quorum argumenta hæc  
sunt 1) quod nusquam in Jure civili ulla fiat mentio du-  
plicis detractionis, qua filius primo de bonis restitutorio-  
ni obnoxius possit legitimam retinere, deinde etiam Tre-  
bellia-

bellianicam 2) quod leges & loca sint manifesta in contrarium *vid. l. 6. ad SC. Trebel. & Novell. 39.* ubi cavetur diserte, si pater velit a filio hæreditatem suam restituere, filium imprimis habere debere trientem hæreditatis paternæ ex qua filius institutus est, reliquum totum restituere debere *vid. Donell. in l. 10. C. ad L. Falcid. n. 3. Riuersb. diff. L. 4. c. 9. 3)* quod si filius legitimam & Trebellianicam detrahat, duæ causæ lucrativæ in unam cadant personam, quod jura prohibent *vid. §. 6. Inst. de legat. 4)* quia Jure civili legitima imputatur in Trebellianicam ut sic, qui legitimam habet, etiam habeat Trebellianicam & vice versa *conf. Donel. l. c. Hopp. Tit. de fideicommissis hæred. §. 10. Gail. L. 2. obs. 121. n. 4.* Verum argumentis hisce dubitandi non refragantibus, affirmativa & Juri, præsertim Canonico, & praxi magis consentanea est & propugnatur sequentibus rationibus. una. quia jure Canonico expresse statutum est, quod filius fideicommissio gravatus deducere possit legitimam jure Naturæ sibi debitam & Trebellianicam, quam quilibet extraneus restitutione gravatus deducere potest, *arg. c. Raynurius & Raynaldus X. de Testam.* quod jus omnino sequendum, tum, quod æquitate naturali nitatur, tum quod casum jure Civili dubium decidat *vid. Gail. L. 2. obs. 121. n. 5. Mynsing. Cent. 1. obs. 41. Engel. Coll. Jur. Canon. Prooëm. n. 19. Lauterb. Compend. Præf. vers. Jus Canonicum Rittersb. diff. Prooëm p. 9. Finckelb. Obs. 29. n. 10.* & quamvis hanc decisionem DD. communiter restringant ad eum casum, quo quis sub conditione gravatus est: Salvo tamen aliorum judicio arbitror, illam indistincte procedere, sive filius pure sive sub conditione gravatus sit, tum, quia hæc distinctio in nulla lege fundata est, neque ulla ejus idonea ratio afferri potest, tum, quia Pontifex in allegatis capitulis non se fundat in eo, quod restitutio per testatorem fuerit sub conditione injuncta, quæ est mera narratio facti, sed in eo, quod legitimam habeat filius jure Naturæ in qua gravari non potest, & propter quam


quam non tenetur onus restitutionis subire; Trebellianicam autem sicut quilibet alius extraneus hæres restitutione gravatus, quo non debet filius esse deterior *vid. Engel. Coll. Jur. Can. Tit. de Testam. n. 17. Ritorsb. diff. L. 4. c. 9. 2da.* quia quilibet hæres extraneus, qui hæreditatem restituere rogatus est, prius id, quod a Testatore sibi debebatur, deducere, postea vero de reliquis defuncti facultatibus, quæ nunc primam, ære alieno deducto, bona vocantur *arg. l. 29. ff. de V. S. quartam retinere potest l. In imponenda l. irritum C. ad L. Falcid. multo minus igitur hoc jure defraudandus est filius, qui quoad legitimam vero creditori æquiparatur *text. in c. 18. X. de testam. l. Cam. ratio pr. ff. de Bon. damnat. Novell. 1. pr. S. 1. Gail. L. 2. Obs. 119 n. 1. & 4. Obs. 121. n. 9. Hopp. Commem. Tit. de L. Falcid. §. 3. Donell. in L. Quæcumq. 10. C. ad L. Falcid. 3tia*, quia etiam Jure Civili æquior & benignior sententia præferenda est, *l. in omnibus l. semper in dubiis ff. de de R. J. l. placuit C. de judic. illa vero sententia æquisitima est & benignissima*, quæ naturæ rationem sequitur & pro liberis facit iisque Parentum hæreditatem conservat, *l. pen. ff. de J. & J. l. ult. ff. de bon. dam. Donell. l. c. num. 3.* quemadmodum favore liberorum receptum videtur, si illis aliquid sub conditione: si ad annum v. gr. 20. pervenerint, quod capiant, si annum tantum ingressi fuerint, *text. in l. 74. S. 1. ff. ad SC. Trebell. cum alias annus completus requiratur, arg. L. Non putabam ff. de cond. & demonstr. Schwepff. Synops. Jur. Tit. ad SC. Trebell. num. 20. 4ta*, quod hæc sententia communiter recepta & in praxi observetur testatur, *Esbach ad Carpz. J. F. l. c. ubi plures allegat, conf. Vallej. Vol. 1. Marp. Cons. 29 num. 120. Tabor. de substit. cap. 7. ubi Knipschild. Rennem. Marbaac. ita sentientes refert eamque opinionem Responso confirmat.**

QVÆSTIO XVI.

Utrum Pontifex in gradibus jure divino prohibitis dispensare possit?

Non





Non desunt, qui affirmativam amplectuntur quorum ratio 1) ducitur à paritate, nimirum quod, sicut recta Ecclesiae gubernatio exigit, ut Episcopus aliquando in Lege Pontificis ob necessitatem & difficultatem adeundi Pontificem dispensare possit, ita etiam exigit eadem Ecclesiae gubernatio, ut Pontifex quandoque dispense in lege Dei, quae adiri non potest, vid. Engel Coll. Jur. Can. L. 4. T. 16. num. 3. 2) quod utilitas totius alicujus Regni procurari possit per dispensationem v. gr. inter Fratrem & Sororem Engel l. c. 3) quod Pontifex ex potestate clavium sibi concessa peccata remittere possit, quod est supra legem, vid. Maib. p. 5. Marc. 2. 9. Reinking de R. S. & E. L. 1. Class. 5. Cap. 6. num. 2. Ergo quoque dispensare poterit 4) videtur esse in c. Proposuit X de Concess. Præbend. ubi rescribit Pontifex: *Se posse secundum plenitudinem potestatis de jure supra Jus dispensare*, denique 5) corroboratur hæc sententia multis Exemplis: Sic Henrico II. Angliæ Regi Pontifex permisit, ducere Viduam defuncti Fratris Arthuri, quam postea Rex repudiavit ducta alia, vid. Esbach ad Carpzov. Part. 4. Const. 24. ad def. 13. num. 5. Budeus in Theol. Moral. Part. 2. Cap. 3. Sect. 6. §. 13. in not. Sic dispensatum fuit matrimonium Augusti Ducis Holsatiæ cum duabus Sororibus Germanis successive initum, vid. plur. Budeum l. c. Sebilt. Instit. Jur. Can. L. 2. T. 10. §. 31. Verum pro Negativa stat veritas, tum, quod Jus divinum ex Præceptis naturalibus & moralibus constans fit immutabile, vid. §. 11. Inst. de I. N. G. & C. tum, quod qui dispensare de lege aliqua velit, superior ea esse debeat, id vero de Pontifice intuitu legis Divinæ dici nequit, tum denique propter rextus in utroque jure expressos vid. c. litteras verf. opinioni, ibi: *in gradibus consanguinitatis divina lege prohibitis restitutioni aditus præcludatur de Restit. spol. c. super eo ibi: cum usurarum crimen utriusque Testamenti pagina detestetur, super hoc dispensationem aliquam posse fieri non videmus, de usur. c. Non licet ibi: Imperatori vel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra divina mandata presumere non licet dist. 10. l. Acta §. 1. ibi: sine principali auctoritate nihil est*

off. statuendum ff. de Re Jud. add. l. 13. §. 4. ff. ad SC. Trebell. l. 4. ff. de Recept. qui arbit. c. de causis de offic. jud. deleg. c. cum inferior de Major. & obed. confer. Budæus in Theol. Moral. Part. 2. cap. 2. §. 14. ubi statuit, quod nequidem ipse DEUS dispensare aut legis obligationem solvere possit, cum hoc ipso, quod dispenseret, contra Sanctitatem & justitiam suam agat, quod est ἀδύνατον Engel. l. c. Ziegl. de Episcop. L. 3. c. 21 §. 15. & seq. Hartm. Hartmann. pract. obs. L. 2. T. 34. obs. 3. n. 5. Esbach. ad Carpz. P. 3. Const. 22. ad def. 12. P. 4. Const. 24. ad def. 14. ubi Darbos. Richter. derh. Struv. Brunnem. aliosque in hanc sententiam concedentes allegat.

QVÆST. XVII.

*An Creditor, cui castrum aliquod habens annexum Jus Patronatus oppignoratum est, Jure illo Patronatus uti possit?*

Affirmativa probabilis redditur 1) ex eo quod Jus Patronatus unacum prædio in conductorem transeat arg. c. Ex literis X. de jure Patron. id quod Canonistæ quoque obtinere volunt in eo, qui ad modicum tempus castrum vel prædium conduxit, quem tamen nudum esse detentorem constat vid. l. 1. §. 9. & 10. ff. de vi & vi arm. §. 5. Inst. de Interd. Engel. Coll. Jur. Can. Tit. de Jur. Patron. n. 24. Schæpf. Synops. Jur. priv. Tit. Locat. Cond. n. 14. Ergo multo magis dicendum, quod Jus Patronatus cum castris simul transferatur in creditorem, qui Jus reale atque veram possessionem in castro oppignorato adeptus est vid. Lauterbach. Compend. Tit. de acquir. vel amitt. poss. 2) quod principale ad se trahat accessorium c. Accessorium de R. 7. in 6. quod adeo verum est, ut idem obtineat eo casu, quo accessorium majus & dignius est suo principali conf. Sixtin. Vol. 2. Marp. Conf. 7. n. 58. & seq. Mynsing. Cent. 6. obs. 100. accedit 3) utilitas & summus Ecclesiæ vacantis favor qui exigit, ut ei de pastore quam citissime provideatur, ne

ne gregem dominicum, pastoris defectu, lupus rapax invadat, c. *Ne pro defectu X. de Elect.* nemini autem impri-  
 mis debitor a loco presentationis absente, quod ple-  
 rumque hoc in casu accidit, propior atque commodior  
 ad hoc patet aditus, quam ipsi creditori, pro quo præ-  
 sumitur, cum jus Patronatus sit reale inhærens fundo ex  
 quo dotatio forte facta vid. *Schilt. Inst. Jur. Can. L. 1. Tit. 14. §. 15.*  
 Enim vero hisce non obstantibus Negativa juris rati-  
 onem convenientior est & nititur sequentibus argumentis  
 1) quia in c. *Cum Beriboldus X. de Sent. & Re Jud.* expresse di-  
 citur, quod fundo oppignorato, jus Patronatus ei inhæ-  
 rens apud debitorem maneat, 2) quia Creditor fructus pi-  
 gnoris, vel hypothecæ aliter percipere non potest, quam  
 si velit debitori restituere, vel in sortem imputare arg. l. 1.  
 2. & 3. C. *de pign. act.* atqui si præsentaret Clericum, isque  
 institueretur, perciperet fructum, quem nec debitori re-  
 stituere, nec in sortem imputare valeret, vid. *Engel. Coll. Jur.*  
*Can. Tit. de Jure Patron. n. 24. Finckelb. de Jure Patron. cap. 6.*  
*n. 21. Corvin. de Person. & Benef. Eccles. Tract. 2. Lib. 5. Tit. 9.*  
*n. 48.* 3) quia Clericus in Ecclesia institutus ad præsentatio-  
 nem Creditoris Jus Patronatus non possidentis ab eadem  
 removeri potest. arg. c. *Consultationibus X. de Jure Patron.*  
 quod sane iniquum esset, conf. *Finckelb. de Jure Patron. l. 5.*

QUEST. XIII.

*Num matrimonium inter Eunuchum & Juveneculam scienter contractum sit validum?*

Pro affirmativa adducitur 1) quod inter fines matri-  
 monii non ultimum locum mereatur mutuum adjutori-  
 um, imo hoc pro primario pene habendum sit dicente  
 matrimonii Autore DEO Gen. 2. *Non est bonum, hominem  
 esse solum faciamus ei adjutorium,* ut scilicet non sit solus,  
 ut habeat sociam vitæ, cum qua familiariter perpetuo  
 amore & fide conversetur & cohabitaret vid. *Delphin. de con-  
 jug. Eunuch. pag. 6. & p. 95. Dr. Bulens ex Dunteo hæc ver-*  
 E ba



ba refert: Darzu ist vornehmlich der Ehestand geschafften / daß eines des andern Gehülffe seyn soll: Adam solte arbeiten / Haushalten / regieren / wenn er auch in seiner Unschuld blieben wäre / solches würde ihm zu schwer worden seyn, darum hat ihm Gott einen Gehülffen geschaffen; und das ist *finis primarius Conjugii*, daß eines des andern *adjutorium* und Gehülffe sey &c. Hic itaque finis cum in matrimonio Eunuchi obtineri possit, illud vitiosum non videtur, eo quod actio quævis laudabilis sit an vitiosa, ex fine dijudicari debeat 2) tale matrimonium nusquam in S. Scriptura prohibitum est: quod igitur prohibitum expresse non est, cur non omnibus modis permillum esse dicatur? *Finckelth. obs. 3. n. 7. cum alleg. ibid. ll. imprimis si contrahentes matrimonium antea implorent auctoritatem magistratus, cui circa ea, quæ jure divino vel naturali nec præcepta sunt nec prohibita, disponenti facultas competit, quia vicariatum DEI in his terris gerit vid. Reinking. de R. S. & E. L. 1. Cl. 1. cap. 2 n. 4.* 4) argumento est Davides, cui jam effæto & semper obsequium magnum frigenti in matrimonium uncta fuit juvenula Abisag. quam tamen ille carnaliter cognoscere non poterat *1. Reg. 1. 5*) licet primarius conjugii finis sit procreatio sobolis, secundarius tamen in conjugio sterili potest esse mutuum adjutorium, exemplo senum, qui non ob generationem liberorum, sed ut habeant adjutorium & quasi baculum senectutis, contrahunt matrimonium, loquente *Menzero de conjug. p. 8 quem refert Delpb. pag. 26.* hinc etiam Justinianus matrimonia hæc valida pronuntiavit in *l. sancimus C. de Nupt. add. l. Sed est questum ff. de Liber. & posth. L. Si major Cod. de legit. hered. quia his sunt humanitatis solatium c. Nuptiarum C. 27. qu. 1.* Verum Negativa verior & solidioribus super fructa est rationibus. 1) Enim consensus ille, qui nuptias facere dicitur in *l. Nuptias ff. de R. J. & in c. 1. C. 27. Qu. 2.* de mutua corporum traditione esse debet, *vid. Schilter. Inst. Jur. Can. l. 2. Tit. 11. §. 7.* ideo, si hæc conditio, vel ex naturali in dispositione, aut

aut maleficio, five magica incantatione fit impossibilis, contractus jure naturæ nullus est & invalidus, sicut venditio, quæ etiam solo consensu contrahitur, nulla censetur, si fiat de re, quæ tradi nequit, aut in commercio non est; ceu recto judicio statuit *Engel. Coll. Jur. Can. Tit. de Frigid. & malef. n. 1. 2)* constat, quod præter procreationem sobolis etiam matrimonii finis sit expletio libidinis ac evitatio scortationis *1. Cor. 7. 2. 5. & 9*, qui tamen neque ex parte Eunuchi, neque præcipue ex parte mulieris obtineri potest, si quidem hæc, quamvis vitiata per congressum, nihilominus tamen unctionibus exposita manet. Quare non permittendum mulieri, ut Evnucho nubat, ait *Carpz. in 7. C. L. 2. Def. 16. n. 1. 3)* hoc matrimonium non solum est prohibitum Jure Canonico *c. 2. & 3. X. de frigid. & malef. c.* quod in matrimonialibus observari solet, præsertim, quando non invenitur in Jure divino dispositum esse contrarium *vid. Finkelth. obs. 25. n. 7. Gail. L. 2. Obs. 147. n. 5.*; sed etiam Jure Civili *vid. l. 39. §. 1. ff. de Jur. dot. l. 14. §. ult. de manumiss. vind. §. 9. Inst. de Adopt.* Quod autem lege prohibente factum est seu contra legis dispositionem, id sine dubio est invalidum *arg. l. Non dubium C. de LL. l. 1. C. de Usufruct. c. Imperiali c. 25. q. 2. c. Quæ contra jus de R. J. in 6.* Quare etiam in tali matrimonio viventes separandos esse, utroque Jure cautum est, *vid. c. Quod autem C. 27. Qu. 2. c. Quod autem C. 33. Qu. 1. Novell. 22. Cap. 6. Junge Rescript. Facult. Theol. in Academ. Hasso-Giessen in sin. Judicium Facult. Theol. in Academ. Jenens. apud Delphin. de Conjug. Evnucho. pag. 30. & 45. add. Budæum in Theol. Moral. Part. 2. Cap. 3. Sect. 6. §. 7. & 8.*

### QVÆST. XIX.

*Utrum Sponsalia clandestina jurata sint valida?*

Cum sponsalia clandestina duplicis sint generis, alia, quæ sine præsentia testium, ad minimum duorum, *arg. l. 12. ff. de Test. Siruv. Jurispr. Rom. Germ. L. 1. T. 6. Aph. 3. Lauterb. Compend. Tit. de Sponsal.* alia, quæ absque consensu Parentum

rentum sunt contracta, h. l. non illa, sed hæc intellecta volo. His præmonitis opiuiioni affirmatiua hæc potissimum suffragari ratio, quod de Jure Canonico, cui in materia Juramenti ac in matrimonialibus standum est, *vid. Vultej. Vol. 1. Marp. Conf. 15. num. 271. Finckelb. Obser. 90 num. 13. Obs. 25. num. 7. Gail. L. 2. Obs. 93. num. 3.* omne Juramentum sine vi & dolo sponte præstitum, in alterius præjudicium non tendens, nec observatum vergens in jurantis dispendium æterna salutis, omnino seruari debeat, etiam si æctus, cui jusjurandum accessit, alias Jure Civili sit prohibitus, *arg. c. Cum constringat X. de Jurejur. c. Quamvis de Pact. in 6.* deinde, cum Parentum consensus de Jure Canonico in matrimonii liberorum non sit necessarius, *arg. c. Sufficit C. 27. Qu. 2. c. Cum apud X. de sponsal. Gail. L. 2. Obs. 93. num. 3.* vel saltem honestatis, illum requiri *Sixtin. Vol. 2. Marp. Conf. 9. num. 63. Tabbor de Patr. Potest. P. 2. c. 2. §. 10.* palam est, ejusmodi sponsalia clandestina non reputari, sed publica atque licita adeoque juramento, quod expers dubii omni æctui licito accedere potest, iis accedente, eo sanctius observari debere, nec invalidum, quod secundum Canones factum est, censeferi posse; accedit, quod hoc modo conscientis jurantium consulatur & perjuriis via præcludatur. Verum hisce dubitandi argumentis non repugnantibus Negativa de Jure verior est & probatur sequentibus rationibus, 1) quia hæc sententia conformis est ipsi Juri divino tum relevato; contra quod nihil legibus humanis sanciri, aut valide permitti potest, quod illo est prohibitum, *vid. Exod. 20. 12. Eph. 6. 1. 2. 3. Coloss. 3. 20. Math. 15. 6.* qui textus optime opponi possent textibus Juris Canonici supra allegatis, nisi iis ipsis vis inferretur ab illis, qui sententiam suam, quod scilicet Parentum consensus in nuptiis liberorum non sit necessarius, exinde tueri satagunt, *vid. Buedus in Theol. Moral. P. 2. c. 3. Sect. 6. §. 9. in not.* tum naturali, quod pariter à liberis exigit, ut Parentibus suis reverentiam & obedientiam exhibeant, & sine consilio & auctoritate eorum nihil magni momenti suscipiant, cum illorum utique interfit, cui proles sua jungatur &

& ex quibus nepotes sibi proveniant, *conf. Pufendorf. de Off. Hom. & Civ. L. 2. c. 3. §. 11. & 13. Gerb. delin. Jur. Nat. L. 3. c. 3. Post 31. 36. 56. 67. 68. & 69. Budaeus in Elem. Philos. Praef. P. 2. C. 4. Sell. 11. §. 11. 15. & 16.* Quod si igitur de facto liberi vel infans vel invitis Parentibus Sponsalia ineunt, hæc Jure divino, ut dictum, sunt invalida, nec convalescunt per illis adjectum juramentum, quippe quod semper naturam actus, cui accedit, sequitur nec novam obligationem ratione substantiæ producit, *l. Indubitati C. de Non numer. pec. Franck. L. 2. Resol. 5. num. 11. & 20. Gail. L. 2. Obs. 23. num. 20.* licet jurantem arctius ad promissum servandum stringat, 2) quia in hanc sententiam inclinatur & ipsam Jus Canonicum, & Civile: Illud quidem, quia non solum omnia sponsalia Parentum consensu destituta, tanquam clandestina respuit & in firma esse jubet, *text. in c. Aliter c. Nosstrates C. 30. Qv. 5. c. Non omnis C. 32. Qv. 5. Schelbas, Disp. de Clandest. Spons. th. 23.* sed etiam juramentum illis additum omni vi & efficacia obligandi carere pronunciat, *text. in c. Non est obligarium de R. J. in 6. c. In malis c. Non est c. Si quis c. Inter cetera C. 22. Qv. 4.* de hoc vero satis expeditum est, non aliter legitima sponsalia procedere, nisi eorum, quorum in potestate contrahentes sunt constituti, consensus & auctoritas tanquam <sup>causa</sup> h. e. causa, quæ efficientem necessario comitatur, accedat *per l. 7. §. 1 ff. de Sponsal. pr. Inst. de Nupt. l. 2. ff. de R. N. l. 12. & 20. C. de Nupt.* in tantum, ut nec filius familias miles sine Patris consensu ac voluntate ad matrimonium adspirare queat, *l. Filiusfam. ff. de r. Schelbas d. Disp. th. 17. præterea Jusjurandum eo nomine præstitum, nullius plane est momenti text. in l. Non dubium §. 1 C. de LE.* denique 3) ab hac sententia nec mores discedere, nec Theologos quoque nostros abire, apparet tam ex verbis B. Lutheri, quæ repertiuntur in Libello von Ehe & Ehen: *Es soll auch nichts helfen / ob in der heimlichen Gelöbniß Gemahl Schätze / Hand & Gelübde / Eyd / oder Pflicht gefallen / ic. paulo post: Es ist nicht die Frage / was das Kind gethan / geschworen / vereydet / oder wie es sich verschworen habe / sondern*

sondern ob es Christlich und recht gethan / id. quam ex  
 Consilio Consistor. Dresd. quod refert Carpzov. in J. C. 2. def.  
 58. num. 17. verbis: Wir seyn auch derselbigen Meynung/  
 Daß solcher leichtfertiger Eyd denen Eltern / als denen  
 Tertius, Ihr Recht / so sie in jure divino & humano erlange /  
 nicht nehmen / und auch sonst / tanquam contra bonos mo-  
 res, nicht bestehen könne / conf. Franck. l. c. Schelbas d. Disp.  
 th. 38. Hier. Brückner Decis Matrimon. c. 2. n. 71. ubi plures Au-  
 ctiores & præjudicia, quæ hanc sententiam approbant al-  
 legat.

QVÆST. XX.

*An heres ex certa re tantum institutus in judiciali  
 testamento, in quo testator heredum suorum ab intestato  
 quidem meminit, sed illis nihil nominatum reliquit,  
 totam hereditatem prætereundere & hæredes ab intestato  
 excludere possit?*

Affirmativa frequenti DD. calculo comprobata ob se-  
 quentia argumenta 1) quod testator secundum leges, non  
 contra testari debeat; potestas enim testandi coangustata  
 est interpretatione vel legum vel constitutionum *text. in*  
*l. 120. ff. de V. S. & nemo cavere potest, ne leges in testa-*  
*mento suo locum habeant arg. l. Nemo potest ff. de Le-*  
*gat. 1. Leges autem statuunt, neminem paganum*  
*decedere posse pro parte testatum & pro parte intestatum*  
*L. Jus nostrum ff. de R. J. & ideo, si hæres in re certa insti-*  
*tuitur, is totam hereditatem consequitur detracta rei men-*  
*tione l. 1. S. Si ex fundo ff. de hered. instit. L. 41. S. fin. ff. de*  
*Vulgar. & pupill. subst. Facin. contrav. L. 4. c. 15. consequen-*  
*ter hæredes ab intestato excludit, 2) in dubio quævis di-*  
*spositio ita intelligi & exponi debet, ut cum jure commu-*  
*ni conveniat Matheus Vol. 1. Marp. Conf. 31. n. 30. eo quod*  
*testator præsumatur se conformare voluisse præscripto le-*  
*gum Finckelb. Obs. 27. n. 23. Juris autem communis est, ut*  
*scriptus ex certa re solus succedat & excludat hæredem ab*  
*intestato*



Intestato, cuius causa testati ad se trahat causam intestati  
*d. l. 1. §. Si ex fundo ff. de hered. instit. & l. 41. ff. de vulg. & pu-  
 pill. subst. 3) causa conservationis testamenti respicit publi-  
 cam utilitatem, ideoque pro validitate testamenti præsu-  
 mitur iudicandumque, & semper facienda est interpre-  
 tatio, per quam testamentum sustinetur, cum difficiliter  
 reproberentur testamenta quam cætera instrumenta *Goedd,  
 Vol. 1. Marp. Conf. 25. n. 6. & 7. Vultej. Conf. 29. n. 28. & 29.  
 cum citat ibid. ll. & DD.* Verum contraria sententia verior &  
 magis æquitate subnixæ est quod probatur sequentibus rati-  
 onibus 1) quia non est bona ex fide, id ei restitui, quod  
 testator ad aliquem pervenire noluit *text. elegans in l. Qui-  
 dam ff. de hered. instit.* Jam vero quod in nostro casu testator  
 totam hæreditatem ad hæredem in testamento scriptum per-  
 venire noluerit, inde patet, quod ipsum hæredem instituerit  
 ex re certa tantum. 2) iniquum esset, si hæres totam hæ-  
 reditatem retinere vellet, exclusis hæredibus ab intestato,  
 voluntate defuncti aperte repugnante, cum nemo locu-  
 pletari debeat cum alterius damno *l. Jure Nature ff. de Reg.  
 Jur. imprimis 3) quod voluntas testatoris in testamento  
 utramque faciat paginam, ita ut jura dicant: disponat tes-  
 tator & erit lex ejus voluntas Novell. 22. c. 2. l. 1. C. de SS.  
 Eccles.* est namque voluntas hæc regina testamenti, quæ to-  
 tum facit, ut loquitur Ulpianus *in l. ex facto 35. §. 3. ff. de hered.  
 instit.* atque maxime dominatur *l. 23 in fin. C. de Legat. l. 12.  
 §. 3. ff. de Legat. 1. conf. Finckelth. obs. 109. n. 2.* imo testatoris  
 in disponendo potestatem majorem esse quam statuti tra-  
 dunt DD. adeo ut nec summus Princeps facere possit, ut  
 testamentum alterius non servetur *vid. Matheus Vol. 1.  
 Marp. Conf. 20. n. 4. & seq. Finckelth. obs. 101. n. 2.* eoque ma-  
 gis hæc sententia procedit, quando testatoris voluntas na-  
 turali rationi conveniens est, eo quod alias etiam certi ju-  
 ris est, in dubio cujuslibet actus interpretationem ita fieri  
 debere ut sententia benignior semper præferatur & ne  
 ab æquitate recedatur *Sixtin. Vol. 2. Marp. Conf. 13. n. 29.*  
 omnino autem naturali Juri convenit, ut ex certa re tan-  
 tum*

tum in testamento, præsertim judiciali, scriptus hæres, a reliquis, quas testator reliquit, rebus excludatur eaque hæredibus ab intestato cedant, hancque esse etiam testatoris voluntatem inde evincitur, quod hæredem ex certa re tantum instituerit. Et, si verisimilis testatoris voluntas servanda est *arg. l. 47. pr. ff. de Legat. 1. Vulcej. Vol. 1. Marp. Conf. 15. n. 153. Quid ni? si manifeste refragatur l. Quoties §. duo ff. de hered. inst. 4)* quia licet testator hæredes suos ab intestato expressis verbis ad hæreditatem non vocaverit, fecit tamen hoc ipso facto, hæredem scilicet ex certa re tantum instituendo, nihil autem interest, verbis, an facto testator voluntatem suam declarat *Gorbosfred. in not. ad l. 7. ff. de R. J. 5)* quia subtilitas Juris Civilis, quod nemo pro parte testatus & pro parte intestatus decedere possit, hodie vix observatur, uti post multos DD. quos allegat *Esbach. ad Carpz. J. For. Part. 3. Const. 2. ad def. 5. n. 7. probat Perez. in Cod. Lib. 6. Tit. 24. n. 14. ibi: Mores nostri istam subtilitatem spreverunt, cum permittant, ut testator partim testatus, partim intestatus decedat, atque sua certa re vel parte uni assignata, reliqua bona ad propinquos testatoris devolvantur. Hinc in causa B. Patris atque sororis contra fratris defuncti viduam incertare, domo scilicet tantum institutam Facult. Jurid. Lips. respondit M. decembr. 1708. Allermassen die subtilitas Juris Civilis. quod nemo pro parte testatus & pro parte intestatus decedere possit, vieler bewehrter Rechts / Lehrer Meynung nach / auf gewisse masse nicht mehr observet per trad. Perez. ad Cod. L. 6. tit. 24. n. 10. weniger das Jus ad crescendi Legatario vel fidei commissario partis hæreditaria verstatet wird / Decker. L. 1. Diff. 7. n. 19. Tulden, ad C. de hered. instit. n. 2. Fach. L. 4. Controv. c. 15. Rufus ad L. 35. ff. de hered. instit. So kann sich die Wittbe nur allein des Hauses und darinnen befindlichen Mobilien anmassen; die übrige Verlassenschaft aber ist sie den leiblichen Geschwistern / und rechtmässigen Erben des Testatoris ab intestato abfolgen zu lassen schuldig. Alles von Rechts wegen Unkündlich ic.*

SOLI DEO GLORIA.

Ertner, Diss., 1718

ULB Halle 3  
004 324 196




A

v. 18

Sl.







B.I.G.

Farbkarte #13

356  
3

1718, 2

IN NOMINE JESU!  
DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA  
SISTENS

**QVÆSTIONES**  
EX  
**JURE CANONICO, CIVILI,  
PUBLICO ATQVE FEUDALI SELECTAS,**

QVAS,  
*DIVINA FAVENTE CLEMENTIA,*  
EX DECRETO ET AUCTORITATE  
*AMPLISSIMI JCTORUM ORDINIS*  
IN ILLUSTRIS ET PERANTIOVA ELECTORALI  
UNIVERSITATE ERFORDIENSI,  
*SUB PRÆSIDIO*  
**ALTISSIMI,**  
PRO LICENTIA  
SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES ET PRIVILEGIA DOCTORALIA LEGITIME OBTINENDI,  
*PUBLICÆ ERUDITORUM CENSURÆ*  
*SUBMITTIT*  
ADAM. CHRISTOPH. HOFFMANN. Erfurtenfis,  
*IN AUDITORIO JCTORUM MAJORI*  
DIE XXII. SEPTEMBRIS, A. clō 15CC XIIX.  
HORIS CONSVETIS.

---

*ERFORDIÆ,*  
TYPIS JOH. HENRICI GROSCHII, ACAD. TYPOGR.

